



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCIII. De Aedificatione Castri Mergenberg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ordinis Teut.

Mangoldus de Sterenberg XI. Mag. Prov. Prussiae.

Vid. Gabr. Albaspin. lib. I. observ. XIX. num. V. p. 91. lib. I. obsf. I. num. V. p. 121. obsf. II. num. V. p. 131. & in Comment. ad Concilii Elberini Can. XVIII. ubi de moribus Christianorum in sacris agit. De Ethnicis verò videatur Barnabas Brisson. lib. I. de formulis. & Petr. Georg. Tholosan. lib. XXXI. Syntagm. Jur. cap. VIII. Ad Ethnicismum redeuntes quomodo cruciferi ejecerint. Vid. Diploma Nuncii Pontif. 1249.

## CAP. CCIII.

*De*

### Ædificatione Castrī Mergenberg.

Anno MCCLXXX. castrum Santirii mutato nomine & loco  
<sup>(a)</sup> translatum fuit ad eum locum, ubi nunc situm est, &  
 vocatum nomen ejus <sup>(b)</sup> Mergenburg i. e. Castrum S. Mariæ, ad  
 cuius laudem & gloriam hæc translatio facta fuit.

#### ANIMADVERSIONES.

AD CAP. CCIIH.

(a) Santirium situm erat eo in loco ubi Vistula & Nogadus confluunt:  
 Nunc verò Mariæburgum ulterius versus Septentrimonem ad No-  
 gadum amnem jacet.

(b) Constat ex hoc Capite Santirium tum fuisse solo æquatum, arcemq;  
 Mariæburgensem veterem fuisse conditam. Cum deinde Sigefridus à Feuchtwangen Magister Generalis in Prussiam sedem  
 suam transtulisset, arx Mariæburgensis digna visa est, in qua tan-  
 tus Princeps domicilium suum figeret. Subsecutis temporibus  
 tantopere est amplificata, ut inter præcipuas orbis terrarum arces  
 numeraretur, quod sequenti versiculo Germanos indicare voluis-  
 se, testatur Hennebergerus: Mergenburg *ex luto*; Offen *ex Saxo*;  
*ex marmore* Meyland. Fidlerus etiam Poeta Regiomontanus  
 sic de illa arce :

*Fundamenta latent domibus camerata pro fundis,  
 Firmior Arctoo nulla sub axe jacet.*

Nn 2

Hodie



Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Tent.  
Mangoldus de Sterenberg XI. Mag. Provinc. in Prussia.

Hodiè ex Veteri arce, incendio consumptâ, non nisi mari conspiciuntur. In arce nova hodiè sedem suam habet Regius Oeconomiae Mariæburgensis Administrator.

## CAP. CCIV.

De

Destructione territorii Sudoviae  
dicti Crasimie.

**F**rater Manegoldus Magister ut bellum Sudovitarum per prædecessores suos viriliter inceptum non tepesceret tempore suo, sed proficeret de die in diem, congregavit omnem virtutem Exercitus sui, & in die purificationis B. Virginis Mariae intravit territorium Sudoviae dictum Crasimam, vastando per incendium & rapinam; habitationem etiam illius potentiis Viri Scumandi Capitanei dicti territorii redegit in favillam & captis & occisis CL. hominibus cum præda maxima est reversus. Iste Exercitus dum dictum territorium intrare vellet, erravit & in illo errore ex Dei providentia facto, qui nihil solet agere sine causa dispersus fuit, & sic intrans territorium occupavit & destruxit. In hoc bello frater Ulricus Bavarus Commendator de Tapjovv & IV. viri ceçiderunt imperfecti & Fr. Ludevicius de Libencele captus fuit.

Anno Dn. MCCLXXXIX.  
Martinus Papa IV. & Ruphus Rex Romanorum regnaverunt.

Hoc tempore mense Februario Piscis marinus in illa plaga maritima qua sita est versus monsens alatum & portatus apud urbem Veterem quo militudo Curialium venit, ad vindicandum monstrum hoc, quia pellus ejus pilosa fuit, pedes breves, caudaleonina, Caput Leoninum, aures, os dentes & linguam habuit quasi leo. Referebatur quod in ejus capitione plantus horribiles emiserat, sic quo multi pranosticabant futuræ ex hoc. Et ecco non longè post in regione Sicilia Panormitanis succensis rabies Gallicos qui morabantur ibi omnes tam males quam feminas in predicti Regis contemptum occiderunt. & quod detestabilius fuit mulierum Larinarum pregnantium latera aperentes, qua dicebantur de Gallo concepisse, partus occidebant antequam nasceretur.

CAP.